Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



rebus creditis: affirmauit et confirmauit. Sic tn ut quatenus spontaneo consensu affirmata et probata fuit, per promissionem Imperatori in Comitijs Ratisponensibus iuxta Statuum decretum Anno 76, et per oblationem ipsi parti et iudicialiter hic factam iterum sublata merito censeri debeat, adeo ut quo ad hæc tria capita amplius soliciti esse non debeamus. Nam Comiti imputari non potest, quo minus in eis Recessui satisfaciat, quia ipse Dux paritionem acceptare noluit, sicq; per ipsum potius, quam per Comitem hactenus stetit et adhuc stat, detrectatio illi magis quam huic damnosa esse debet l. in oib. 39 ff de reg. iur. Nec est ut quis obijciat, nudam oblationem non sufficere sed requiri etiam depositionem et consignationem l. acceptum 19 C. de Vsur. cum simil. Quia illæ leges tum procedunt, quando usuræ debentur ex stipulatione, secus si mora tantum purganda. l. illud. 17 ff de rei uend. l. si seruum 91. § sequitur ff de verb. obligat. l. si rem alienam 9 § ult. ff de pignorat. act. l. 4. C. de Collat. fund. lib. 11. Ad hæc Status ab eo nihil amplius exigerunt, quam ut promitteret se in dictis punctis satisfacturum dicto Recessui, eaq; promissione præstita statim Duci relaxatio et restitutio fructuum iniungeretur. Et hæc quoad 1. 3. et 6 caput. Quoad quintum caput Huberum concernens iam sæpius dictum est, ante quinq; ferè annos recessum in hoc capite per sententiam cassatum, et Duci solutionem expensarum Recessus et legitimæ executionis allegatione non obstante iniunctam. Quare nec cum hoc

514